

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Tribulatio b  
cum uariis

In fornace ardet palea et purgatur aurum; illa in cinerem uertitur et illud sordibus exuitur. Fornax mundus, palea iniqui, aurum iusti, ignis tribulatio, artifex Deus. Quod uult ergo artifex, facio; ubi me ponit aurifex, tolero. Iubeor ergo tolerare, nouit ille purgare. Ardeat licet palea ad incendendum me et quasi consumendum me; illa quasi in cinerem uertitur, ego sordibus careo.

Augustinus super Psalmum LX.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

exuitur] exuritur B C P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; palea iniqui *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; me ponit aurifex] ponit me artifex P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; ergo] ego P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; quasi] qua V<sup>1</sup>, ad V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; uertitur] ut *add.* V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; careo] caream P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>